6126

. . . .
. . . . n.
. . . . on.
. . . . us.
[*Domitia-*
nus X, C. Oppius S]abin.[1]
. . . . noc.
. . . . n.
. . . . [*Mo*]dest.

. . . .
. . [*fulgur in fundo?*]
Volusiánó arb[*ore ful*]-
mine icta cond[*itum per*][2]
aédilicios
IIvir. c. p. q.[3]: C. Cuperiu[*s*] . . .
C. Arriu[*s*] . . .
Domitianus XVI, Q. Volus[*ius Saturninus*][4]
idib. Ian. L. Venuleius A[*pronian.*]
k. Mai. L. Stertinius Avitus Ti. I[*ulius Celsus*
Polemaean.][5]
k. Sept. C. Iúlius Sílanus, Q. Aru[*lenus?*] . . .
IIvir.: L. Terentius Tertiu[*s*], ...
. . . .

Ostiae, iam Romae (XIV 245 cf. Eph. ep. 7 p. 355 vidi). Est frustulum fastorum magistratuum coloniae Ostiensis pertinens ad annos 83. 84. 91. 92 p. Chr. Aliud frustulum pertinens ad annos 19—21 est XIV 244. — 1) *Consules ordinarii a. 84 p. Chr.* — 2) *Supplevit Mommsen.* — 3) *Duoviri censoria potestate quinquennales.* — 4) *Consules ordinarii a. p. Chr. 92.* — 5) *Iidem consules suffecti in dipl. mil. XXII (XV) C. I. L. III p. 858. Alterius nomen suppletum ex titulo Inscr. Graec. Ital. 1966.*

Antiquissima nonnulla.

6127 Q. Lainio Q. f. praifectos[1] pro trebibos[2] fecit.

In margine superiore lebetis aenei, incertum quo loco reperti (Amiterni prodiisse una cum N. 4032 sine causa coniecit Garruccius; Campanum rectius fortasse putat Iordan), qui fuit Romae apud Castellanium negotiantem rerum antiquarum, iam est in museo Britannico (IX 4204 = Eph. epigr. 2 p. 208 Mommsen vidit ectypum; Iordan quaestiones archaeicae [ind. lection. universitat. Albertin. a. 1884] cum imagine). — 1) *Praefectus ex genere eorum, qui inde a saeculo urbis conditae quinto Capuam Cumas atque in alia Campaniae oppida mittebantur (Momms. eph. l. c.; Iordan l. c.).* — 2) *Intellege tribus non populi Romani, sed oppidi eius cuius praefectus erat Laenius.*

6128 C. Manlio Aci.[1] | cosol[2] pro | poplo[3] | Arimenesi.

In Nemore Dianae (cf. supra N. 3233 seq.) rep., tabella aenea (XIV 4269 cum imagine; vidit O. Hirschfeld). — 1) Aci. *potius quam* Ao.. — 2) *Consul Ariminensis; Romae a. u. c. 575 consul fuit L. (non C.) Manlius Acidinus.* — 3) *Similiter tabella aenea supra N. 2989.* — *De Arimino cf. infra N. 6659 seq.*

6129 A.[1] Cervio A. f. cosol[2] | dedicavit.

Beneventi (IX 1633 descr. saec. XVII Iohannes de Vita). — 1) *In alia schedula de Vita posuit* V. — 2) *Alium consulem Beneventanum habes supra N. 3096. Plures inscriptiones Beneventanas habes infra N. 6490 seq.*

---

archive.org